



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

15. Dominicus Maria &c. Ad favorem Provinciarum S. Antonii Brasiliæ &
Immaculatæ Conceptionis Fluminis Januarii in eodem Brasiliensi statu
Indiarum Regnorum Portugalliæ super observatione Bullarum ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

Præfata
decimæ
abque ra-
tæ dedu-
ctione a-
pud Came-
ræ Aposto-
licæ Depo-
sitarium
deponen-
dæ.

Pœna u-
furpatori-
bus & de-
ceptoribus
infigenda.

Transum-
ptorum
fides.

Præfentes
debitis in
locis pu-
blicandæ.

Sanctio
pœnalis.

D.27. Se-
ptembris
1683. P. A.
septimo.

fiastica, seu plures pensiones, aut fructus, seu talia mix-
tim obtinens pro Litterâ, & sigillo quietantiæ uni-
versalis, si illam habere voluerit, ultra unum Carole-
num conficientem quatinus triginta septem monetæ
Romanæ, solvere teneatur, nec ad aliud onus, etiam
prætextu Cambii uspiam compellatur.

§. 19. Volumus autem, imò jubemus, quòd decimæ
præfate integrè tam hic in Urbe, quàm extrâ absque
ulla ratæ deductione; (præterquam ratam compe-
tentis salarii in Subcollectorum in partibus deputan-
dorum Litteris patentibus, ut præfertur designan-
dam, quæ summam quatuor pro centenario non ex-
cedat) penes ejusdem Cameræ Apostolicæ Deposita-
rium deponantur, non obstante quâcunque consuetu-
dine in similibus impositionibus & exactionibus ha-
ctenus in favorem quarumcunque personarum, de
quibus specialis, specifica, expressa, & individua
mentio faciendâ esset, tam ratione officiorum, quàm
laborum quamdâ ratam ex eisdem decimis exactis
percipiendi observatâ.

§. 20. Cæterum volentes, illos quos Dei timor à
malo non revocat; saltem formidine pœnæ, & pu-
blicâ disciplinâ compescere; omnes, & singulos cu-
juscunque Dignitatis, status, gradus, Ordinis, vel
conditionis fuerint, etiam si Pontificali Dignitate po-
tiantur, qui de hujusmodi exigendis Decimis aliquid
usurpare, seu subtrahere, aut sibi ratione Ecclesiarum,
Monasteriorum, Beneficiorum, seu pensionum per
eos obtentorum, ut præfertur retinere, aut illas
exigendo, colligendo, vel conservando fraudem,
vel deceptionem aliquam committere, malitiosè
præsumperint suspendimus, nec non interdici-
mus à Divinis, ac majoris excommunicationis, & etiam
privationis Ecclesiarum, Monasteriorum, & Benefi-
ciorum, quæ obtinent, & pensionum, quas per-
cipiunt, nec non inhabilitatis ad illa, & alia in posterum
obtinenda, sententias, censuras, & pœnas incurrere
volumus ipso facto. Ita ut ab eadem excommunica-
tione ab alio, quam Romano Pontifice, præterquam
in mortis articulo, absolutionis beneficium nequeant
obtinere.

§. 21. Quia verò difficile nimis esset præfentes
Litteras ad singula quæque loca, & quocunque il-
lis opus fuerit, perferre, Volumus, ut illarum exem-
plis, etiam impressis, & Notarii publici manu sub-
scriptis, & Palatii Cardinalis Camerarii, seu alterius ab
eodem deputati Collectoris, seu Prælati Ecclesiasti-
ci ejusque Curiae sigillo obfirmatis, eadem prorsus
fides, in judicio, & extrâ illud ubique locorum ad-
hibeatur, quæ ipsis præfentibus adhiberetur, si essent
exhibite, vel ostensæ.

§. 22. Ut autem præfentes ad communem noti-
tiam deducantur, eas valvis Ecclesiæ S. Joannis La-
teranen. Basilicarum Principis Apostolorum, & S. Ma-
riæ Majoris de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ affi-
gi, seu appendi faciemus, quæ se suo quasi sonoro
præconio, & patulo indicio publicabunt, ut ii, quos
præmissa contingunt, quod ad ipsos non pervenerint,
aut ea ignoraverint, nullam possint excusationem
prætere, seu ignorantiam allegare: Cùm non
sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum, quod
tam patenter omnibus publicatur.

§. 23. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam indictionum, impositionum, suspensionis,
suppositionis, innodationis, Decreti, concessionis, im-
pertitionis, prorogationis, Constitutionis, deputa-
tionis, tributionis, declarationis, voluntatis, &
præcepti Nostrorum infringere, vel ei ausu temera-
rio contraire. Si quis autem hoc attentare præsump-
serit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum
Petri, ac Pauli Apostolorum ejus se noverit incurfu-
rum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem,
Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesi-
mo octuagesimo tertio Quinto Kal. Octobris, Ponti-
ficatus Nostri anno septimo.

+ Ego INNOCENTIUS Catholica Ecclesiæ
Episcopus.

MONITORIUM.

Ad favorem Provinciarum S. Antonii Brasiliæ, & Im-
maculatae Conceptionis Fluminis Januarii in eo-
dem Brasiliensi statu Indiarum Regnorum Portu-
gallicæ super observatione Bullarum Apostolicarum
Summorum Pontificum, Privilegiorum & gratia-
rum, Indulgentiarumque eisdem Provinciis con-
cessarum.

Dominicus Maria Cursus Protonotarius Aposto-
licus, utriusque Signaturæ Sanctissimi D. N. Pa-
pæ Referendarius, nec non Curiae Caesarum Cameræ
Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiae
Judex Ordinarius, sententiarum quoque ac censura-
rum, tam in eadem Romanâ Curia quam extrâ eam
latarum ab eodem Sanctissimo D. N. Papâ specialiter
electus, & deputatus.

Universis, & singulis Reverendis Dominis Abba-
tibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Diaconis, Ar-
chidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurariis,
Sacristis, tam Cathedralium, quàm Collegiarum
Ecclesiarum Canonicis, Rectoribus, Presbyteris, Cle-
ricis, Tabellionibus publicis quibuscunque, illique, vel
aliis, ad quem, seu quos præfentes Nostre Litteræ
pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salu-
tem in Domino.

§. 1. Novertis, Quod infra scriptâ die in Tribuna-
li Nostro coram Nobis tanquam Litterarum Aposto-
licarum mero Executore fuit comparitum pro parte,
& ad instantiam admodum Reverendorum Patrum
Fratris Danielis à Sancto Francisco Sacrae Theologiæ
Lectoris Vicarii Provincialis, ac Præfidis Capituli Pro-
vinciæ S. Antonii Brasiliensis, & Christophori à
Matre Dei Prædicatoris Ministri Provincialis Provin-
ciæ Immaculatae Conceptionis Fluminis Januarii in
eodem Brasiliensi statu Indiarum Regnorum Portu-
gallicæ Custodem, Definitorum, & Guardianorum
strictioris observantiæ S. Francisci, & omnium illo-
rum nomine admodum Reverendi Patris Placidi à
Sancto Antonio Verbi Dei concionatoris perpetui, Pa-
tris & Custodis, & habitualis Definitoris præfate
Provinciæ S. Antonii Brasiliensis, in Romanâ Curia
dictarum Provinciarum specialis Procuratoris, nec
non Commissarii Generalis Terræ Sanctæ Regnorum
Brasiliæ, ac Domini Abbatis Emanuelis Dias de Maf-
quita omni meliori modo Principalium, & exposi-
tum, Custodiam Brasiliensem per S. M. Sixtum Pa-
pam Quintum, quam plurimis favoribus, & privile-
giis decoratam esse, & in specie per Breve Apostoli-
cum de anno 1586. expeditum benignè indulgisse,
quòd Pater dictæ Custodiæ Custos tempore existens,
vel per seipsum, vel per quancunque aliam personam,
idoneam tamen, ad id ab eo deputatam ad Provincia-
lia præfata Provinciæ S. Antonii comitia se conferre,
& in hujusmodi comitiis votum in rebus maximè pu-
blicis hujus Custodiæ utilitatem concernentibus ha-
bere, ac tam ex dictâ S. Antonii, quàm aliò ex quacun-
que Franciscani Ordinis Provincia Fratres, qui tamen
ista in Custodia utiles fore visi sint, & ad eam tra-
jicere voluerint, assumere, secum ducere, atque ei perpe-
tuò mancipare Apostolica autoritate queat, urque ii
istius Custodiæ Fratres, qui ad prædicationis munus
obeundum, & ad Sacramentales fidelium Confessio-
nes excipiendas habiles fuerint, prædicare, atque hu-
jusmodi confessiones excipere valeant, & ut Fratres in
Sacro Presbyteratus Ordine constituti Baptismi, &
Matrimonii, nec non quancunque alia Sacramenta Ec-
clesiastica administrare, Ecclesias quoque, & in eis Al-
taria in locis de novo ad Fidem conversorum erigere,
& in eis rem divinam facere, insuper Oratoria, & Ere-
mitoria eidem Custodiæ pro tempore concedenda re-
gere, & administrare possint, ut etiam singu-
larum domorum, ac in Custodiâ pro tempo-
re Canonicè erectarum Ministri, & Fratres omni-
bus, & singulis privilegiis, prærogativis, liber-
tariis, immunitatibus, & exemptionibus, In-
dulgentiis, ac aliis gratiis tam spiritualibus quàm

XV.

Princi-
palium di-
ctarum
Provincia-
rum nomi-
na.

Privilegia
ipsis à Six-
to V. Papâ
collata
per Breve
Apostoli-
cum de an-
no 1586.

tem-

temporalibus, quibus aliarum ejusdem Ordinis quarumcunque Provinciarum, & Custodiarum Ministri, & Fratres in dictis partibus de Brasil. & Peruano Regno existentes utuntur, potiuntur & gaudent, ac uti potiri, & gaudere possunt, & potuerunt quomodolibet in futurum, pariter uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant; Utque tandem præfate hujus Custodiæ Fratres, nec ab Ordinariis, nec à quacunque aliâ personâ impediri, molestari, inquietari, ac perturbari debeant, quominus præfatis privilegiis fruantur, injunctaque sibi munia libere exerceant. Prout latius in eodem Breui, ad quod &c.

Aliud Clementis VIII. Breve exhibitum Hieronymi Cardinalis Litteras patentes confirmans.

Exordium.

Litterarum Hieronymi patetium occasio & tenor.

§. 2. Insuper fuit per eosdem Reverendos Patres instantes exhibitum aliud Apostolicum Breve Sanctæ memoriæ Clementis Papæ Octavi sub datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die quarta Martii 1600. tenoris qui sequitur videlicet. Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. His quæ ad Regularium Personarum statum, & commodum providè sunt ordinata, cum à Nobis petitur, Apostolicæ confirmationis robur libenter adjicimus. Cum itaque sicut accepimus Dilectus Filius Noster Hieronymus tituli Sancti Pancratii Presbyter Cardinalis Mattheus nuncupatus Ordinis Fratrum minorum Sancti Francisci de observantia Protector, ad quem Nos supplicem libellum Nobis pro parte Dilectorum Filiorum Ministrorum Provincialium, & Fratrum Ordinis S. Francisci in partibus Indiarum Occidentalium existentium porrectum remisimus, quo quidem supplici libello Nobis exponeretur, nonnullos Commissarios Generales, ex Hispaniis ad prædicti Ordinis Provincias in Partibus Indiarum hujusmodi proficiscentes, maximeque ad Provinciam Limenensem, quæ in Regno del Peru sita est privatis affectionibus motos potius quam comuni Religionis utilitati inferentes, illos, qui secum ex Hispania accesserant, ad Ministratus Provincialis, & alia Ordinis Officia promovere consuevisse, in non modicum earundem Provinciarum, & præsertim Limensis detrimentum. Nobisque humiliter supplicabatur, ut huic malo occurrere dignemur, maturo consilio, & deliberatione præmissis, ac Religionis Seraphicæ dictarumque Provinciarum communi utilitati, nec non Religionum omnium, & præcipue eorum, qui in remotissimis Orbis partibus doctrinæ, exemplarisque vitæ splendore Catholicam Fidem propagare nituntur, honori prospicere cupiens, ejusdemque Religionis Statutis generalibus inherens decreverit, ut in Provinciis ejusdem Religionis in partibus prædictis Indiarum, & præsertim in Limensi Provincia ad Ministratus Provincialis, seu quomodolibet aliud dignitatis Officium assumi non valent alii dicti Ordinis Religiosi, quam illi, qui ejusdem Provinciæ Alumni essent, vel ad eam expressè & nominatim missi ex Hispaniis, cum Ministri Generalis, aut Commissarii Indiarum apud Catholicis Hispaniarum Regis Curiam Afflictis Litteris obediencialibus in illis Provinciis incorporati fuissent, quod si secus fieri contingeret, irritum & inane omnino esset; etiam Electores, Promotores, & Fautores, quam electos quoslibet privationis ab eorum Officiis, ac inhabilitatis ad similia, & alia impofterum obtinenda pœnas, quas tunc infligit, ipso jure incurfos declaravit; prout in eisdem Hieronymi Cardinalis Protectoris patentibus litteris sub datis die ultimâ Januarii proximè præteriti expeditis plenius dicitur contineri. Cumque firmiora sint ea, quæ Apostolicæ confirmationis robore muniuntur; Propterea pro parte Provincialium, & Fratrum Provinciarum prædictarum Nobis humiliter supplicatum fuerit, ut patentes Litteras prædictas confirmare, ac alias in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur earundem patentium Litterarum totum tenorem præsentibus pro expresse habentes, ac Ministros Pro-

vinciales, & Fratres dictarum Provinciarum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis & pœnis à jure, vel ab homine quâvis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium duntaxat consequendū, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ejusdem Hieronymi Cardinalis Protectoris Litteras patentes prædictas, omniaque, & singula in illis contenta autoritate Apostolicâ tenore præsentium perpetuò confirmamus & approbamus, illisque perpetuæ atque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque & singulos juris & facti defectus, si qui in eisdem interverint, supplemus, & nihilominus omnia, & singula præmissa de novo statuimus, & ordinamus, ac in Provinciis prædictis observari debere volumus, & mandamus. Præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis supradictis eo ipso incurrendis tam Commissariis, quam aliis Superioribus, & Fratribus, ad quos spectat, ac in futurum spectabit, ut præmissa omnia, & singula inviolatè observent, & observari curent & faciant. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die quartâ Martii millesimo sexcentesimo Pontificatus Nostri anno nono. Sumprum ex minutâ originali Brevium fel. rec. Clementis P. P. VIII. Collatum concordat. J. G. Schlusius.

§. 3. Item exhibitum per eosdem Reverendos Patres instantes aliud Breve Apostolicum sanctæ memoriæ Urbani Papæ Octavi sub datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die sextâ Augusti 1639. tenoris sequentis videlicet. Urbanus PP. VIII. ad perpetuam rei memoriam. Circumspecta Romani Pontificis providentia, ea quæ in personarum Regularium Capitulis Generalibus interdum sancita, & autoritate Apostolica comprobata fuerunt, ipsa subinde rerum experientia suadente, præsertim cum felicium earundem personarum statui, & quieti opportunè consulitur, inmutat, in hisque suæ sollicitudinis partes favorabiliter interponit, prout conspiciat in Domino salubriter expedire. Alias siquidem in Capitulo Generali Ordinis Fratrum Minorum Ord. S. Francisci de Observantia nuncupat. de Anno 1625. celebrato inter alia conditum fuit Statutum tenoris sequentis videlicet. Caveant ex Indianis Provinciis Ministri Provinciales, ne ad Capitulum Generale, vel aut ipsi veniant, vel Commissarios suo nomine mittant, solis Custodibus veniendi facultas conceditur. Nosque Statutum hujusmodi illius tenore inserto confirmavimus & approbavimus, prout in Nostri desuper in simili formâ Brevis expeditis Litteris, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem sicut Nobis nuper exponi fecit Dilectus Filius Joannes Merinero dicti Ordinis Minister Generalis, Patres in Capitulo Generali ejusdem Ordinis in hac Alma Urbe Nostri novissimè celebrato congregati, Ministris Provincialibus prædictarum Provinciarum Indiarum antiquum jus quod habeant, ut ad Capitulum Generale Commissarios eorum nomine suffragium laturos mittere possent justis ex causis restituendum esse censuerint. Nobis propterea dictus Joannes Minister Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignemur. Nos igitur ejusdem Joannis Ministri Generalis votis annuere volentes, illumque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris &

Injungitur illis ad quos spectant observantia.

Derogatio contrariis.

D. 4. Martii 1600. P. A. nono.

Aliud Urbani VIII. Breve, Statutum Capituli Provincialis Ord. Fratr. Min. S. Franc. antea confirmatum immutans, & præmissum Clem. VIII. Breve confirmans.

Exordium.

Statutum Capituli Provincialis.

Confirmatum antea per Breve Apostolicum.

Sed ad Ministri Generalis supplicationem certis additis conditionibus immutatum.

Præmissa
Clementis
Octavi
Constitu-
tio inno-
vata.Decretum
irritans.Injungitur
Commis-
sariis Ge-
neralibus
observan-
tia.Deroga-
tio contra-
riis.

pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati Ministris Provincialibus dictarum Provinciarum Indiarum pro tempore existentibus, quod ad Capitulum Generale dicti Ordinis mittere possint Commissarios, qui eorum nomine suffragium ferant, ea tamen lege, ut tam Commissarii, qui mittentur, quam etiam Custodes filii earum Provinciarum respectivè sint pro quibus mittentur, vel in eis incorporati, sive in Indiis, sive in aliis Europæ partibus existant, dummodò ad electionis effectum non incorporentur, ac ut tam Commissarii, quam Custodes prædicti à suis Provinciis, non aliter, quam juxta Constitutiones generales Segobienfes eligantur, quodque si Commissarii, & Custodes hujusmodi in itinere decedant, suffragium suum nemini, etiam tamquam Procuratori absenti, vel præsentì committere possint, ac idem in aliis etiam Prælati, & Vocalibus juxta laudabilem dicti Ordinis consuetudinem servetur, Apostolicà autoritate tenore præsentium concedimus & indulgemus. Et insuper pro commodiori præmissorum executione Constitutionem felicitis recordationis Clementis Papæ Octavi Prædecessoris Nostri, quæ incipit, His quæ ad Regularium Personarum statum, die quarta Martii, 1600. Pontificatus sui anno nono editam, qua cavetur, ut in Provinciis dicti Ordinis in partibus Indiarum, præsertim in Limensi Provincia, ad Ministratus Provincialis, seu quodlibet aliud dignitatis Officium assumi non valeant alii dicti Ordinis Religiosi, quàm illi qui ejusdem Provinciæ Alumni sunt, vel ad eam expressè, ac nominatim missi ex Hispaniis cum Ministri Generalis, aut Commissarii Indiarum apud Catholici Hispaniarum Regis Curiam Assistentis Litteris obediencialibus ab illis Provinciis incorporati fuerunt, innovamus, approbamus & confirmamus; Declarantes sub illis verbis, seu quodlibet aliud dignitatis officium, in dicta Constitutione expressis Ministri Provincialis, Commissarii Provincialis, tam pro regenda Provincia, quam pro ferendo suffragio in Capitulo Generali designati Vicarii Provincialis, Custodis, Definitorum, Guardianorum, Conventuum & Vicariorum Officia comprehendere, & comprehensa intelligi, siquæ in præmissis, & per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Dilectis Filiis nunc & pro tempore existentibus dicti Ordinis Commissariis Generalibus in Indiis in virtute sanctæ obedienciæ, ac sub excommunicationis lætæ sententiæ privationisque suorum Officiorum, & perpetuæ inhabilitatis ad alia obtinenda pœnis præcipimus, & mandamus, ut præsentibus Litteras, & in eis contenta quæcunque inviolabiliter servant, & ab aliis, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet, servari curent. Alioquin si eos hac in parte deliquisse compertum fuerit, ipso facto ad propriam Provinciam regredientes, omni privilegio, titulo, immunitate & exemptione privati remaneant, injungentes, & distictè præcipientes dicto Joanni, & aliis pro tempore existentibus Ordinis prædicti Ministris Generalibus, ut citrà conniventiam quascunque pœnas prædictas contra transgressores debitæ executioni demandari faciant, onerando in his eorum conscientias. Non obstante Statuto, & Litteris Nostriis prædictis, aliisque Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus; nec non dicti Ordinis, & Provinciarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate

roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis eidem Ordini, & Provinciis, illorumque Ministris Generalibus, & Commissariis prædictis illiusque superioribus, Fratribus, & personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibuscunque, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quæ adhiberetur præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die sextæ Augusti millesimo sexcentesimo trigésimo nono. Pontificatus Nostri anno decimo septimo. Sumptum ex minuta originali Brevium secretorum fel. rec. Urbani PP. VIII. Collatum concordat J. G. Slusius.

§. 4. Item exhibitum aliud Breve Apostolicum S. M. Urbani PP. VIII. Sub datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die Vigésima prima Februarii, millesimo sexcentesimo quadragésimo primo Pontificatus sui anno decimo octavo tenoris sequentis videlicet; Urbanus PP. VIII. ad futuram rei memoriam. Decet Nos opportune declarationis ministerio providere, ne eorum quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostriis pro felici personarum Regularium statu utiliter constituta sunt, & à Nobis confirmata fuerunt, debita observatio ambiguitatis obtentu, ab illis qui verba secundum proprios affectus quandoque interpretantur, temerè negligatur. Alias siquidem Constitutionem fel. record. Clementis VIII. Prædecessoris Nostri, quæ incipit, His quæ ad Regularium personarum statum, die quarta Martii millesimo sexcentesimo editam, quæ inter alia cavetur, ut in Provinciis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum in partibus Indiarum, præsertim in Limensi Provincia, ad Ministratus Provincialis, seu quodlibet aliud dignitatis Officium assumi non valeant alii dicti Ordinis Religiosi, quàm illi, qui ejusdem Provinciæ Alumni sunt, vel ad eam expressè, ac nominatim missi ex Hispaniis, cum Ministri Generalis, aut Commissarii Indiarum apud Catholici Hispaniarum Regis Curiam Assistentis, Litteris obediencialibus in illis Provinciis incorporati fuerint, confirmamus, prout in Nostriis in simili formâ Brevis desuper expeditis Litteris, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, ulterius continetur. Cum autem, sicut Nobis nuper exponi fecit Dilectus Filius Gaspar Sanchez Ordinis prædicti Professor, & Lector Jubilatus, illiusque in Romanâ Curia Procurator, Generalis, Commissarii Generales Indiarum hujusmodi Ordinis, Constitutione dicti Clementis Prædecessoris, & confirmatione Nostriis prædictis parum attentis, potestareque sibi concessâ abutentes, ex commissione Generali plurimos Religiosos ejusdem Ordinis ad Indias transmittant, & in illarum Provinciis incorporent, Prælatosque constituant, ex quo maxima oriuntur incommoda, paxque, & earumdem Provinciarum tranquillitas perturbatur; Nobis propterea idem Gaspar Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur exactæ Constitutionis hujusmodi observationi,

Transsum-
ptorum fi-
des.D. 6. Au-
gusti 1639.
P. A. de-
cimo septi-
mo.Aliud Ur-
bani VIII.
Breve ter-
minos
quosdam
præmissæ
Clementis
VIII. Con-
stitutionis
ambiguos
explicans.

Exordium

Dictæ Cle-
mentis
VIII. Con-
stitutionis
ante hæc
confirma-
tione con-
tenuit.Incommo-
da ex ge-
neraliori
ejus expli-
catione
fluencia.

& Pro-

Quare
explican-
tur verba
sub can-
dem inter-
pretatio-
nem ca-
dentia.

Decretum
irritans.

Injungi-
tur obse-
rvantia.

Derogatio
contrariis.

Translum-
ptorum
fides.

D. 21. Fe-
bruarii
1641. P. A.
decimo
octavo.

Breve A-
lexandri
VII. Cus-
todiam
Brasilie à
Provincia
S. Antonii
separans
& in parti-
cularem
Provin-
ciam eri-
gens.

Exordium.

& Provinciarum prædictarum quieti, quantum cum Domino possumus, consulere, dictumque Gasparem Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, per Verbum Alumni in dicta Constitutione, ut supra expressum, illos solos, qui in prædictis Indiarum Provinciis Habitum per Fratres dicti Ordinis gestari solitum susceperunt, Regularem intelligi debere, verba autem ejusdem Constitutionis sequentia videlicet, vel ad eam expressè, ac nominatim missi ex Hispaniis cum Ministri Generalis, aut Commissarii Indiarum apud Catholicos Hispaniarum Regis Curiam assistentis Litteris obediencialibus in illis Provinciis incorporati fuerant, intelligenda firmas &c. Ut tam Religiosorum Ordinis hujusmodi ad Indias missio, quam eorum incorporatio expressè, & nominatim, nimirum nominando personaliter quemlibet Religiosum, qui illic mittitur fiat à nunc, & pro tempore existentibus Ministro, vel Commissario Generalibus hujusmodi, non autem per commissionem, sive in genere, sive in specie factam, Apostolicam auctoritate tenore præsentium declaramus, sicque ab omnibus censi, & ita in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Mandantes propterea, & in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub excommunicationis pœnâ districtè præcipientes Commissariis Generalibus Indiarum hujusmodi nunc, & pro tempore existentibus, ut præmissa semper, & perpetuò inviolabiliter observent. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam medio juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis, Statutis & Constitutionibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis Ministro & Commissariis Generalibus hujusmodi, & aliis quibuslibet in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis, quibus omnibus, & singulis, illarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die vigesima prima Februarii millesimo Sexcentesimo quadragesimo primo, Pontificatus Nostri anno decimo octavo. Sumptum ex minuta originali Brevium Secretorum fel. rec. Urbani PP. VIII. Collatum concordat. J. G. Slufius.

§. 5. Item exhibitum aliud Breve S. M. Alexandri Papæ VII. sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die vigesima quarta Augusti millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo, Pontificatus sui anno tertio, tenoris sequentis videlicet. Alexander PP. VII. ad perpetuam rei memoriam. Ex commissi Nobis divinitus pastoralis officii debito ad ea propensius studiis jugiter intendimus, per quæ Regularium personarum, quæ relicto seculo Dei obsequiis sub suavi arctioris Religionis jugo sese manciant, statui, & felici directioni consulitur, ut secundum Ordinem suorum Instituta gratum Altissimo impendentes famularum, prosperioribus

in dies in viâ Domini proficiant incrementis. Nuper siquidem nomine Dilectorum Filiorum Fratrum Custodiæ Brasilie Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, Nobis expositum fuit, quod alias postquam die decima quarta Augusti millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo pro tempore quondam Joannis de Neapoli, qui dicti Ordinis Minister Generalis erat, ad ejusdem Joannis instantiam Custodia prædicta à Provincia S. Antonii Regni Portugallie ejusdem Ordinis longissimi maritimi itineris, quo Custodia hujusmodi à Regno prædicto distat, aliisque incommodis occurrendi ergo, per quasdam Litteras Apostolicas in simili forma Brevis expedita separata, & subinde intra breve tempus aliquot Conventibus erecta fuerat, in Capitulo Generali memorati Ordinis de anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo, in hac alimâ Urbe celebrato stabilitum fuit, ut Custodia hujusmodi, reservato tamen hujus Sanctæ Sedis beneplacito, in novam Provinciam dicti Ordinis erigeretur, sed id propter nonnullas oppositiones, seu objectiones ad effectum deduci hæcenus non potuit; quinimò à quadam privata persona alia Littera in formâ Brevis similiter expedita super reunionem Custodiæ cum Provinciâ prædictâ ab eadem Sede impetrata fuerunt. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebatur, oppositiones, seu objectiones præfata jam cessent, & Fratres dictæ Provinciæ Sancti Antonii capitulariter congregati, juri, quod super Custodiâ præfata prætereundum poterunt, renunciaverint, Conventusque ejusdem Custodiæ, qui post ingressum hæreticorum in Brasiliam extincti fuisse prætendebantur, illis inde egressis septemdecim numero, qui numerum Conventuum nonnullarum Provinciarum Ordinis præfati excedit, restituti fuerint. Cumque si dicta Custodia in novam Provinciam juxta consensum ei rei à prædicto Capitulo Generali, ut præmittitur, præstitum erigatur, id nemini præjudicium, sed maximam prospero Conventuum ipsius Custodiæ gubernio utilitatem sit illaturum. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur specialem eisdem Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Custodiam Brasilie hujusmodi, ejusque Conventus à dicta Provincia S. Antonii Regni præfati auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò separamus, & dismembramus, ac ipsam Custodiam, & ejus Conventus prædictos sic separatos, & dismembratos in novam Provinciam Ordinis prædicti, cum omnibus, & singulis præeminentiis, prærogativis, indultis, privilegiis & gratis, quibus alia ejusdem Ordinis Provinciæ frui, & gaudere solent, & possunt, ac debent, auctoritate, & tenore præfatis ibidem perpetuò erigimus, & instituimus. Decernentes easdem præfatas Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari; Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Ordinis, Provinciæ, Custodiæ, & Conventuum hujusmodi aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, pri-

Hujusce
separatio-
nis causæ.

Erectio
in novam
Provin-
ciam ob
objectio-
nes quasdam
differtur.

Sublatis
objectio-
nibus di-
cta Cus-
todia à Pro-
vincia S.
Antonii
dismem-
bratur &
in novam
Provin-
ciam eri-
gitur.

Decretum
roborans
& irritans.

Derogatio
contrariis.

D 24. Au-
gusti 1657.
P. A. ter-
tio.Concor-
dant cum
originali-
bus.Confi-
tutiones
Capituli
Toletani
de missioni-
one Procura-
torum ad Roma-
nam, Ma-
dritensem
aliaque
Curias.Respon-
siones
Congre-
gationis
ad tria se-
quentia
dubia ex-
hibita.Primum
de tempore
quo Pro-
vinciales
exacto Mi-
nistrii sui
triennio,
dignitati-
bus vacare
debeant.Secun-
dum, an is
qui digni-
tati suæ
renuncia-
vit, in defi-
cientis lo-
cum valeat
subintrare?Tertium,
an addi
possint
Conjuci-
ces in cau-
sis Defini-
torum in-
quisito-
rum.

vilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus plenè, & sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hæc vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima quarta Augusti millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo. Pontificatus Nostri anno tertio. Sumptum ex minuta originali Brevium secretorum fel. rec. Alexandri Papæ VII. Collationatum concordat. J. G. Slufius. Præinsertæ Litteræ Apostolicæ in formâ hujus cum suis sumptis originalibus S. M. Clementis octavi, Urbani etiam octavi, & Alexandri VII. Romanorum Pontificum revissæ concordant.

§. 6. Insuper exhibitæ Constitutiones Generales Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiæ, & Reformatum Seraphici Patris S. Francisci editas in Generali Capitulo celebrato Toleti in Regali Conventu Joannis Reg. sub die octavâ Junii anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo, in quibus inter cætera fuit inhibendum, ne Provinciarum Procuratores ad Romanam Curiam, nec ad Curiam Madritensem, nec aliorum Principum deinceps mittantur, nisi de licentiâ in scriptis obtentâ Reverendissimi Ministri, aut Commissarii Generalis, & aliter missi puniantur, tanquam Apostatæ non audiantur, sed statim ad suas Provincias mittantur, nec propterea tollitur à Ministris Provincialium, unâ cum suis Definitoribus facultas mittendi ob negotia urgentia.

Item exhibitæ responsiones Sacræ Congregationis ad quædam dubia, videlicet, Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Regularium præposita, visis infra scriptis dubiis per Ministrum Generalem Ordinis Minorum S. Francisci tenoris sequentis, videlicet. Primò Summi Pontifices, & præcipuè Paulus IV. & Gregorius XIII. ut certum officiorum in Religione tempus stabilirent, eorum perpetuitatem penitus sustulerunt, sed frustra; Provinciales enim exacto sui Ministerii triennio, si contingat successorem discedere à Provinciâ, vel è vivis excedere, in Commissarios, seu Vicarios Provinciales sese assumi procurant, tametsi ad sexennium dignitatis vacare deberent, atque ideò non desunt, qui in octo annos, & ultra Ministri, vel Vicarii, aut Commissarii Provincialis titulo Prælaturam extendunt, Constitutionum verba pro suo libitu interpretantes. Quare, ut hujusmodi Constitutio evitetur, supplicantur Eminentie Vestræ decernere, an, & quanto tempore vacare debeant Ministri, antequam in Vicarios, seu Commissarios Provinciales eligi possint, ubi dictum munus per duos annos obierint. Secundò in quâdam Hispaniæ Provinciâ ultimus Provinciæ Pater, qui vigore Bullæ S. M. Urbani VIII. ingrediendi Definitori facultatem habet, intrare tamen recusavit cum in finem, ut Patri sibi in primis charo (cujus erat in aliorum defectum subrogari) ad honorem sterneret viam, defuncto paulò post ex Definitoribus uno, idem Provinciæ Pater, qui suis juribus renunciaverat, in vacantis locum admitti præsumpsit. Quæritur an is, qui renunciavit tanquam modernus Provinciæ Pater, subintrare valeat in locum defunctis, cum dubitari possit de collusionem. Tertio nonnulli Provinciales eo dominii, & auctoritatis devenerunt in suis Provinciis, ut in Definidores suis tantummodò factionibus adhaerentes, & plerumque malæ notæ Religiosos eligendos curent. Unde consequitur, quod quando in actu visitationis errores & defectus, sive in Ministro, sive in aliquo ex Definitoribus, vel eorum amicis detegantur, ad debitas penas, & punitionem non procedatur, cum ipsorummet Definitorum sit cau-

las judicare. Propterea Eminentie Vestræ declarare dignentur, an stante diffidentia Judicum possit Generalis addere Definitorio quatuor, vel sex ejusdem, vel alterius Provinciæ approbatos Patres, qui sint Conjudices in causis taliter Inquisitorum, vel potius ad eradicandos hujusmodi abusus excludere à voce passiva Religiosos gravissimis de causis inquisitos, quamvis nondum per sententiam damnatos. Eisdem examinatis, & maturè perpensis, respondit ad primum; Neque Vicarium Provinciale in Ministrum, neque Ministrum in Vicarium, vel Commissarium Provinciale, neque Vicarium in Commissarium, aut Vicarium Provinciale eligi posse, nisi saltem per integrum triennium ab hujusmodi officiis vacaverit. Aliter electos cessare debere à notificatione præsentium, Ad secundum; Cessiones seu renunciations fieri non posse, nisi cum expressione causæ à Definitorio cognoscendæ & approbandæ. Causâ autem semel admisa, eaque durante, ad hujusmodi officia, neque per electionem, neque per subrogationem, aut quamcunque aliam viam resignantes, seu cedentes assumi posse; aut munia prædicta exercere. Ad tertium; Tam in casu suspicionis Judicum, quando est proferenda sententia, quam in casu publicæ diffamationis Inquisitorum, juxta Capitulum quartum de accusationibus, quando causa ante electionem expediri non potest, procedendum esse secundum dispositionem Juris Communis, ubi Constitutio particularis ejusdem Ordinis non provideat. Romæ vigesima Novembris millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto.

§. 8. Item exhibitæ, & præsentatæ Litteras patentes Adm. Rev. Patris Marini Sormani totius Ordinis S. Francisci Ministri Generalis per Apostolicum Breve à Sanctissimo Domino Nostro Papâ Innocentio Undecimo feliciter regnante confirmatas, quarum Litterarum tenor est qui sequitur; Frater Petrus Marinus Sormanus à Mediolano totius Ordinis Seraphici Patris Nostri Sancti Francisci Minister Generalis & Servus. Muneris Nostri debitum indefinenter exposcit, ut commissorum sollicitudini Nostre Religiosorum quieti, consolationi, & commodo, quantum in Domino possumus, sedulo consulamus. Quapropter cum certam habuerimus notationem ex deputatione Commissariorum Visitatorum Europæorum ad visitationes, & Capitulorum celebrationes Provinciarum Nostarum S. Antonii in Brasiliâ, & Sanctissimæ Conceptionis ad Elumen Januarium (vulgò do Rio de Janeiro) multa incommoda, molestias, gravissimæque expensas provenire. Nos tot tantisque malis pro viribus obviare volentes, præsentium virtute censuimus, atque decernimus, hujusmodi Commissarios Visitatores in posterum ex Europâ non mittere, neque mittendos esse, sed ex iisdem Provinciis assumi debere sequenti modo. In quolibet Capitulo Provinciali Provinciæ S. Antonii à Definitorio noviter electo designentur tres Patres ex Provinciâ Conceptionis qui habeant conditiones per Statuta generalia requisitas, ad hoc ut possint visitare prædictam S. Antonii Provinciam, quorum quidem trium Patrum nominatio mittatur ad Ministrum Generalem per primam navium in Europam venientium opportunitatem, in quo si vel Provincialis, vel alii negligentes reperti fuerint, puniantur suspensione à suis officiis per annum, aliisque pœnis arbitrio Ministri Generalis infligendis. In Provinciâ quoque Conceptionis similis designatio, & nominatio fiat trium Patrum Provinciæ Sancti Antonii, ita ut Visitator unus Provinciæ ex alterâ defumatur; Minister autem Generalis habitâ hujusmodi nominatione unum ex tribus illis eligat, quem maluerit, ejusque electionem quando citius potuerit Provinciæ visitandæ significet, quod si, vel ob locorum distantiam, vel naufragium, vel aliud impedimentum parentes Ministri Generalis non comparuerint uno anno ante tempus Capituli celebrandi, tunc Definitorium Provinciæ illius quæ visitari debet, possit sibi eli-

Respon-
sa
ad pri-
mum.Ad secun-
dum.Ad ter-
tium.D. 20. No-
vembris
1654.Litteræ
patentes
Ministri
Generalis
Ordinis S.
Francisci.

Exordium.

Incommoda
ex Visi-
tatorum
Europæo-
rum ad fa-
pè dictas
Provincias
visitan-
das de-
putatione
oriunda.De modo
Visitato-
res &
Commiss-
arios ex
Provinciis
ipsis assu-
mendi.Qui etiam
in Provin-
cia Con-
ceptionis
sequendusQuomodo
in casu
quo Mini-
stri Gene-
ralis Litteræ
patentes
statuto
tempore
non com-
paruerint
se geren-
dum.

gere

gere unum ex tribus jam nominatis, qui Provinciam visitabit, & Capitulo praesidebit cum voto, & omnibus aliis quae praestare solet, & deberet ille, qui à Ministro Generali deputaretur, quod etiam intelligendum est, si ille, quem Minister Generalis elegerit, jam esset defunctus, tunc enim Definitorium poterit alterum ex duobus reliquis ad visitationem praedictam vocare, casu vero quo postquam Definitorium Visitatorem advocaverit, perveniant Patentes Ministri Generalis, si jam ille, qui vocatus fuit à Definitorio Provinciam fuerit ingressus, prosequatur munus suum, & Capitulum celebret, ut supra, si vero nondum in Provinciam intraverit, omnino absteat, & deputatus à Ministro Generali officium suum assumat, dummodo tempus suppetat, ut possit ad Provinciam visitandam accedere, quinque integris mensibus ante Capitulum. Et quia ad navigandum ex una in alteram Provinciam quibusdam tantummodo mensibus venti spirant secundi, hinc etiam tum Provinciarum, tum Visitorum commoditati consulere volentes, statui-mus tempus praefigere pro Capitolum celebratione, quod quidem nullo modo prorogari debeat, ab-que speciali, & expressa Ministri Generalis facultate. Capitulum igitur Provinciae S. Antonii non differatur ultra diem Sabbati praecedentis festum Sancti Patris Nostri Francisci, & Capitulum Provinciae Conceptionis non transgrediatur Sabbatum immediatum post festum Ascensionis Domini. Denique Visitatores non ingrediantur Provincias visitandas, nisi quinque mensibus ante Capituli celebrationem, & post illam statim ad propriam redire debeant, quod si facere non potuerint post dies viginti à tali celebratione, Ministro Provinciali electo sigilla omnia renuncient, & Provinciae gubernio nullatenus se immisceant, cum tali tempore ex Statutis Ordinis generalibus eorum auctoritas omnino expiret. Aliud quoque pro iisdem Provinciis provisione dignum Nobis visum est, nempe ut evitentur incommoda, & vagationes Fratrum, qui vel causa, vel praetextu appellationis maximis cum periculis & expensis, longissimis se itineribus exponunt, quapropter praesentium Nostrorum virtute in unaquaque praedictarum Provinciarum deputamus, & deputatos esse volumus tres Patres digniores extra Definitorium, qui appellationum Iudices sint, ut ad eos appellantes à sententia sui Definitorii licite ac libere recurrere possint, petita prius à proprio Provinciali facultate. Ita tamen, ut illi qui sunt ex Provincia Sancti Antonii iudicent Causas Provinciae Conceptionis, & e contra, ille autem, qui caeteros praecedit erit illorum Praefes, ut illos convocet & congreget, quando opus fuerit; uno vero ex istis, per mortem, vel aliam legitimam causam deficiente, alius Pater secundum ordinem praecedentiae intelligatur ipso facto substitutus, durabuntque in eodem officio per triennium, id est de Capitulo ad Capitulum, & super appellationes praedictas definitive, ac terminative intra ordinem Nostrum auctoritate Nostra secundum Religionis praxim, & legem iudicabunt & sententiant. Omnia vero supradicta, scilicet nominatio Visitorum, nominationis transmissio ad Ministrum Generalem, ejusque responsio, seu patentes, & Iudicum appellationum cum ingressu ad officium secundum tempus quod contingerit in libro Actuum Provinciae fideliter notentur. Praecipimus tandem in virtute sanctae obedientiae omnibus, & singulis Provincialium praedictarum Patribus, & Fratribus, Superioribus, & subditis, quatenus praedictis Nostris Ordinationibus, & Decretis pro bono, pace, & quiete eorumdem factis nullatenus se opponere audeant, sed ea, quae par est promptitudine pareant, & obediant. Datum in Conventu Nostrum Sancti Francisci Madriti die vigesima nova mensis Julii Anno Milleesimo sexcentesimo octuagesimo secundo. Frater Petrus Marinus Generalis, Locus + sigilli.

§. 9. Item praesentatas diversas Romanorum Pontificum Bullas super Regularibus editas scilicet,

Alteram sanctae memoriae Julii Secundi sub numero vigesimo sexto, & datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die vigesima nona Martii, millesimo quingentesimo septimo, in forma Brevis expeditam, in qua Sanctitas Sua declaravit, nullas esse transactiones, & concordias factas sine assensu Generalis, sive Capituli Generalis, & quae personae meritis Religionis gaudeant, proposuitque Fratribus auctoritatem eligendi Conservatores, illisque potestatem praescripsit, & indulgit, quod concessa uni Monasterio, omnibus concessa intelligantur, & alias prout in eadem Bulla, ad quam relatio habeatur.

§. 10. Alteram sanctae memoriae Leonis Papae Decimi incipien: Dilecti Filii &c. sub datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris die vigesima quinta Aprilis millesimo quingentesimo vigesimo primo, in qua idem Pontifex concessit Fratribus in eodem Brevis positae omnimodam potestatem ad absolvendum, & dispensandum cum conversis ad fidem respectu cuiuscunque criminis, & inhabilitatis, & ad commutandum quaecunque vota, & ad dispensandum cum his qui matrimonium contraxerunt, cum impedimento aliquo Juris positivi irretitis, & ut possint Ordines minores conferre, ubi non sunt Episcopi, & Pontificalia similiter exercere & edificare, & conservare Ecclesias, ac eas violatas reconciliare, & latius, prout in dicta Bulla sub numero tertio, ad quam &c.

§. 11. Alteram sanctae memoriae Adriani Papae Sexti sub datum CaesarAugustae sub Annulo Piscatoris die decima Maji, millesimo quingentesimo vigesimo secundo; Carolo Romanorum Regi, & Hispaniarum Catholico Regi directam, quae incipit. Exponi Nobis fecisti &c. In qua dictus Pontifex suam Papalem benedictionem Fratribus sponte ad Indos pro eorum conversione euntibus imperitur, & prohibuit, ne Fratres Minores ire possint ad Indos, nisi à Concilio Regali, & à suis Praelatis assignentur, & illos, qui quoquomodo impedierint ire Fratres Minores ad Indos excommunicationis poena punivit, Fratresque praedicti assignati ex se ipsis possint eligere Superiorem, qui durare debeat per triennium, & in utroque foro potestatem habeat Generalis etiam super Indos, in reliquis indulta praefatis Fratribus concessa confirmavit, & innovavit, & alias, prout in dicta Bulla sub numero primo, ad quam &c.

§. 12. Alteram B. Pii Quinti S. Memoriae Philippo Secundo Hispaniarum Regi directam, quae incipit. Exponi Nobis nuper fecit Vestra Majestas Regia &c. sub datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die vigesima tertia Martii anno millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, in quo ad petitionem supradicti Regis Hispaniarum fuit concessum, ut Fratres in Indiis Occidentalibus commorantes possint officium Parochorum exercere assistendo etiam matrimonio, & alias, prout in dicta Bulla sub numero quarto, ad quam &c.

§. 13. Alteram S. M. Gregorii XIII. sub datum Romae decima quinta Julii millesimo quingentesimo octuagesimo, in qua praefatus Pontifex concessit Ministro ipsi Generali, ut in partibus Orientalium possint Custodes concedere facultatem, ut per se, vel per alium, seu alios valeat absolvere professos novitios, aut conversos ab omnibus delictis, etiam in Bulla Censurae contentis, demptis haeresi, conspiratione in personam, vel statum Romani Pontificis, iniectione manuum violentarum in Praelatos, delatione armorum, & aliorum prohibitorum ad partes Infidelium, falsatione Litterarum, & aliarum scripturarum Apostolicarum, ac insuper in eodem Brevis concedit, quod in eisdem partibus Praedicatores, & Confessores semel praesentati non teneantur iterum praesentari coram Ordinario, aut ejus successore, nec ad id à quocunque inviti valeant coactari, & alias, prout in dicta Bulla sub numero tertio, quae incipit, Pius votis suis &c. ad quam &c.

Exhibita
Bulla Pa-
pe Julii II.
sub datum
de 29. Mar-
tii 1507.

Alia Leo-
nis sub datum
d. 25. Aprilis 1521.

Alia Adria-
ni sub datum
d. 10. Maji
1522.

Alia Pii V.
sub datum
d. 23. Martii Anno
1567.

Alia Grego-
rii XIII.
sub datum
d. 15. Julii
1580.

Alia Sixti
V. sub da-
tum d. 15.
Novembr.
1587.

Dictae Pro-
vinciae ex
antiqua S.
Antonii
Basilien-
sis Custo-
dia prodie-
runt.

Contra
praeser-
tas Con-
stitutiones
quidam ea-
rum gu-
berno se
se insilient

Pro pra-
fatarum
Constitu-
tionum ob-
servatione
Instantes a
Protono-
tario mo-
nitionum
emagitant

Quare su-
perprae-
dicti omnes
presentes
Litteras &
prae-
fatas Apo-
stoli-
cas Con-
stitutiones
executio-
nis manda-
re.

§. 14. Et alteram sanctae memoriae Sixti Papae Quinti, quae incipit, Dùm uberes fructus &c. sub datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die decima quinta Novembris millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, in qua dictus Pontifex de novo erigit Provinciam Sancti Gregorii, & huic Provinciae aliarum Provinciarum privilegia communicat, deditque licentiam, ut Provincialis dictae Provinciae pisset erigere domos in quibuscunque Terris, & etiam in Regno Chinae, exceptis nonnullis in dicta Bulla expressis, & possit determinare duas festivitates, in quibus utriusque sexus fideles Indulgentiam plenariam consequantur, & alias, prout in dicta Bulla, ad quam semper habeatur relatio &c.

§. 15. Et cum praefatae Provinciae prodierint ex antiqua Custodia Sancti Antonii Basilienensis, quae per vastissima Brasiliae Regna ad spatium mille supra quingentarum Leucarum, & ultra ita dilatata reperiebatur, ut in duas distinctas, & disjunctas Provincias ejusdem Ordinis strictioris Observantiae Sancti Francisci separata fuit, prima Sancti Antonii Basilienensis per Bullam sanctae memoriae Alexandri Papae septimi sub datum vigesima quarta Augusti millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo desuper registratam, & secunda sub nomine Immaculae Conceptionis Fluminis Januarii ad sanctae memoriae Clementis Papa Decimo per speciale Breve, quod incipit, Pastoralis officii &c. sub datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima quinta Julii millesimo sexcentesimo septuagesimo quinto, ad quam &c. Et ad tuendam observantiam Regulae praedictae ad sanctae memoriae Sixti Papae V. Apostolicum Breve obtentum fuerit de anno millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, quod incipit hujus Custodiae &c. Cumque praefatae Provinciae sint per supradicta inserta, & enunciata privilegia Apostolica liberae, & exemptae ad Commissariorum Generalium, & Visitationum Europaeorum jurisdictione, dictaeque Litterae Apostolicae, Decreta, & resolutiones Sacrarum Congregationum, ut supra insertae, & enunciate ab omnibus quorum interest omnino & ad unguem observari, & adimpleri debeant.

§. 16. Nihilominus nescitur quo jure, quave ratione dicti Fratres Provinciae S. Antonii Regni Lusitaniae in gubernio praefatarum Provinciarum Brasiliae, sese ingerere jactant, & praesertim Frater Michael à Plagis, qui vociferavit in praefata Brasiliensi S. Antonii praedictae Provinciae esse Ministrum Provinciale, & Frater Ludovicus à S. Josepho Procuratorem, & Commissarium Curiae Ulixiponenfis praedictarum Provinciarum Brasiliae contra omne juris debitum, Provinciarumque, Litterarum Apostolicarum, & Decretorum formam, & evidens Rev. Instantium praedictarum, qui cupientes praedictas Bullas, Decreta, & alia ut supra enunciata, & expressa in omnibus, & per omnia ad unguem, ut decet, observari, attendi & adimpleri, ad Nos tanquam Litterarum Apostolicarum merum executores recursum habuerunt, instantes & debere requirentes, quatenus in praemissis de opportuno juris remedio providere, & monitorium super observatione ad partes in formam solitam, & consuetam decernere, & concedere dignemur.

§. 17. Nos igitur Dominicus Maria Curfius Judex, & Auditor praedictus attendentes requisitionem, & petitionem hujusmodi fore justam, & rationi consonam, iustaque petenti non esse denegandum assensum, vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuilibet infolidum tenore praesentium committimus, & in virtute sanctae obedientiae strictè praecipiendo mandamus, ut quatenus statim visis, & receptis praesentibus, & postquam praesentium vigore fueritis requisiti, seu aliter vestrum fuerit requisitus, ex parte Nostra, imò verius Apostolica auctoritate moneatis & requiratis, prout Nos monemus, requiramus per praesentes omnes, & singulos Provinciales, Ministros, &

Commissarios Generales familiae Ultramontanae, omnesque Provincias, scilicet Sancti Antonii Regni Lusitaniae Pietatis Soletatis, ac S. Mariae de Arrabida omnesque alios, & singulos in executione praesentium nominandos, & cognominandos, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio ultimo, & peremptorio termino ac Canonica monitione Nos assignamus, & vos assignetis eisdem sub mille ducatorum auri R. C. A. applicandorum, & pro illis mandati executivi, & in juris subsidium excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis in dictis praesentibus Bullis & Decretis expressis debeant, & quilibet ipsorum debeat omnia, & singula in praesentibus Bullis, & Decretis respectivè contenta inviolabiliter observare, adimplevisse, ac debite executioni demandasse, & ab omnibus, & singulis molestationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis ipsis Rever. Instantibus in & super praedictis omnibus, ac super dictis exemptionibus & immunitatibus, & aliis quomodolibet contra formam praesentiarum Litterarum Apostolicarum, & Decretorum illatis & praestitis, ac inferri comminatis, inferendisque, & comminandis in futurum realiter, & cum effectu destituisse, cassasse, ac sese abstinuisse, quinimò ipsos Reverendos Instantes in pacifica, & quieta possessione dictae libertatis, immunitatis, & exemptionis, ut supra dictum est, manutenuisse, defendisse, & conservasse, ac manuteneri, defendi, & conservari fecisse, mandatumque de manutenuendo, observando, & aliud quodcunque desuper necessarium, & opportunum decerni, relaxari vidisse, & audivisse, & si quid aliud à dictis Reverendis Instantibus praetendatur, id totum coram Nobis, seu infra scripto Nostro Locumtenente per acta infra scripti Notarii deduxisse, & allegasse, praesentibusque Nostris monitorialibus Litteris, ac praesentibus Litteris Apostolicis, & Decretis paruisse, & obedivisse.

§. 18. Et insuper inhibeat, & inhiibendo expressè praecipiat, & mandetis, prout nos inhiibemus, praecipimus, & mandamus, per praesentes omnibus, & singulis Provincialibus, Ministris, aliisque Fratribus Provinciarum Sancti Antonii Regni Lusitaniae Pietatis Soletatis, ac Sanctae Mariae de Arrabida, omnibusque, & singulis aliis in executione praesentium nominandis & cognominandis, & quacunque auctoritate fungentibus, & futuris, ne visis receptis praesentibus audeant, seu praesumant, aut aliquis ipsorum audeat, seu praesumat dictos Reverendos Patres Instantes inde, & super praemissis, illorumque omnium causa, & occasione quomodolibet molestare, vexare, perturbare, inquietare, & impedire, aut alibi, quam coram Nobis, & per acta infra scripti Notarii Nostrum convenire, & in iudicium trahere, aut aliquid aliud contra formam, & dispositionem dictarum praesentiarum Litterarum Apostolicarum, & Decretorum, ac illorum contemptum, & vilipendium, ac ipsorum Exponentium, & jurium suorum praedictum, gravamen, & damnum attentare, vel innovare, seu attentari, vel innovari facere per se, vel alium, seu alios, quovis praetextu, ingenio, & quovis colore, quod si secus factum fuerit, id totum revocare, & in pristinum statum reducere curabimus iustitia mediante, alioquin praefatos sic monitos, & monendos, si in praemissis sese gravatos fore senserint, peremptorie citetis, & citari curetis, prout Nos citamus, & citari mandamus eosdè per praesentes, quatenus sexagesima die post praesentium executionem, si dies illa juridica fuerit, alioquin primà die juridica ex tunc immediate sequenti compareant Romae in iudicio, legitime coram Nobis, live Nostro infra scripto Notario Locumtenente per acta infra scripta per sese, vel alium, seu alios Procura-

Statuitur
executio-
nis termi-
nus & poe-
na in con-
travenien-
tes.

Instantes
super pra-
missis nullo
modo mole-
standi.

tores idoneos, & informatos, eorum prætenſi gravaminis cauſam allegaturi, aliaque dicturi, facturi, & recepturi, prout juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis.

§. 19. Certificantes eosdem ſic monitos, & monendos, ac citatos, quòd ſi in dictæ citationis termino comparuerint, ſivè non, Nos nihilominus, vel Locumtenens Noſter prædictus, ad prædicta, & ad alia graviora juris, & facti remedia neceſſaria, & opportuna procedemus, ſeu procedet juſtitia mediante, dictorum citatorum contumacia, vel abſentia in aliquo non obſtantibus, abſolutionem vero præmiſſorum Nobis, vel Superiori Noſtro tantummodo reſervamus. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex ædibus Noſtris anno milleſimo ſexcentefimo, octuageſimo tertio, Indiſtione ſextâ, die vero ſecundâ Decembris, ſedente Sanctiſſimo in Chriſto Patre, & Domino Noſtro Domino Innocentio Divinâ providentiâ Papa XI. Pontificatus ſui Anno octavo.

F. Subdatarius.

Loco + Sigilli.

J. J. Cavallerinus Locumt:

Loco + Sigilli

Petrus Scarfellius Cur. Cauſ. Cam. Apoſt. Not.

XVI.

Confirmatur Decretum Congregationis S. R. E. Cardinalium, Religionem Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, ab Ordinariis jurisdiſtione eximens.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **N**uper pro parte Dilecti Filii Præpoſiti Generalis Congregationis Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Congregationi Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Episcoporum, & Regularium præpoſitæ expoſito, quòd licet dudum, videlicet die 18. Novembris 1621. ſel. rec. Gregorius PP. XV. Prædeceſſor Noſter dictam Congregationem Clericorum in Religionem cum emiſſione trium votorum ſolemnium erexit, illique ſubindè nempe die 15. Octobris 1622. communicationem omnium privilegiorum Ordinibus mendicantibus conceſſorum, non ſolum ad eorum inſtar, ſed etiam pariſormiter, & æquè principaliter cum ampliſſimis clauſulis conceſſerit, prout in hijs Litteris ipſius Gregorii Prædeceſſoris deſuper expeditis plenius dicitur contineri.

§. 2. Et poſt aliquas ſtatu mutationes, quas eadem Congregatio Clericorum ſucceſſivè paſſa fuerat, rec. mem. Clemens PP. IX. etiam Prædeceſſor Noſter ipſam Congregationem ad Statum Regularum, & Titulum Religionis cum emiſſione trium votorum ſolemnium, & ad fruſtionem omnium, & ſingulorum privilegiorum, immunitatum, facultatum, exemptionum, aliarumque gratiarum, & indulgentiarum, Ordinibus mendicantibus hujusmodi quomodolibet conceſſorum in omnibus, & per omnia ad limites ſupradictarum binarum Gregorii Prædeceſſoris Litterarum, & juxta illarum ſeriem, diſpoſitionem, & tenorem auctoritate Apoſtolica reſtituit, & reintegravit.

§. 3. Nihilominus à nonnullis ſpargebatur opinio, quòd non ideo dicta Congregatio, ejuſque Clerici Regulares ab Ordinariis jurisdiſtione exempti eſſent, ſub prætextu, quòd hujusmodi exemptionis conceſſio dictis privilegijs individualiter expreſſa non eſſet: Et in eadem expoſitione ſubjuncto, quòd ex hujusmodi opinione multa naſcebantur incommoda, ideoque cum notorium ſit, omnibus Regularibus, quibus Privilegia Ordinum mendicantium communicata ſunt, exemptionem ab Ordinariis jurisdiſtione hujusmodi, competere, ipſe Præpoſitus Generalis de opportuna in

præmiſſis declaratione provideri plurimum cupiebat.

§. 4. Emanavit ad ejus ſupplicationem ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentiffimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Episcoporum, & Regularium præpoſita cenſuit, ac declaravit, Religionem Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei ſcholarum piam gaudere exemptione à jurisdiſtione Ordinariis locorum, ac omnibus privilegijs Regularibus medicantibus conceſſis. Romæ 14. Januarii 1684. G. Card. Carpineus. Loco + Sigilli. B. Pantiaticus Secretarius.

§. 5. Cum autem, ſicut præſatus Præpoſitus Generalis Nobis ſubindè expoſui fecit, ipſe Decretum hujusmodi, quòd firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, Apoſtolice confirmationis Noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret: Nos ipſius Præpoſiti Generalis votis, hæc in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & poenis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel cauſa latitis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolice firmitatis robur adjicimus, ſalvâ tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 6. Decernentes eaſdem præſentes Litteras ſemper firmas, validas & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniffimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & deſiniri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper hijs à quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit, attentari.

§. 7. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

§. 8. Volumus autem, ut earundem præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quàm extrâ illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel offenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 13. Martii 1684. Pontificatus Noſtri anno octavo.

J. G. SLUSIUS.

Decretum Generale Officii Sanctiſſimi Nominis B. M. Virginis.

Cum Sanctiſſimus D. N. D. Innocentius Papa XI. per Univerſam Eccleſiam celebrari præceperit feſtum SS. Nominis B. M. Virginis Dominicâ infrâ octavam Nativitatis ejuſdem V. Mariæ cum Officio, & Miſſa proprijs ſub ritu duplicis majoris; Quòd feſtum jam ante ex indulto Apoſtolico nonnullis in locis cum Indulgentijs pro Chriſti fidelibus Miſſæ ſolemni intereſſentibus die 17. Septembris celebrabatur cum Officio, & Miſſa proprijs; Inſtitutum fuit à S. Rituum Congregatione declarari.

Primò. An ceſſare debeat in dictis locis tam Officium, quam feſtum SS. Nominis Mariæ jam ante à Sede Apoſtolica approbatum, ita ut idem feſtum dicta die 17. Septembris cum dicto Officio, & Miſſa proprijs non poſſit amplius celebrari.

Secundo. An dictæ Indulgentiæ etiam cenſeantur

ceſſare

Decretum Congregationis S. R. E. Cardinalium deſuper emanatum.

Et Apoſtolice firmitate roboratum.

Abſolutio ad effectum.

Decretum roborans, & irritans.

Derogatio contrariis.

Tranſumptum ſides.

D. 13. Martii 1684. P. A. octavo.

Dubia de celebra-
tione feſti
SS. Nomi-
nis B. M.
Virginis.

Gregorius
XV. privilegia
Ordinibus
mendicantibus
conceſſa Congregationi
Clericorum
Pauperum
contulit.

Quod in-
dultum
Clemens
IX. innovavit.

Eorum
exemptio
ab Ordinariis
jurisdiſtione
à quibus
dam in du-
bium voca-
tur.